





DE POENI
tentia PETRI archiepiscopi. Ale-
xandrini & martyris Canones.
GREGORII Neocæsariensis epi-
scopi, Canones.
DE SIMONIA
GENNADII patriarchæ Con-
stantinopolitani Encyclia epistola.
DE LIGANDI
ET SOLVENDI POTESTATE,
NICEPHORI Chartophylacis
Cōstantinopoli. archiepi. epistola.
IO. OECOLAMPADIO
INTERPRETE.



D
HAR
d



aliquot
licūq; l
& si non
interim
spectāt
minor
oecom
ȳs cog
sanguin
concilia
reant p
primæ
fructus
num p

DOMINO BERN-

HARDO ET CHVNRADO ADELMANNIS

de Adelmansfelden, Augustæ Vyndelicorū

Canonicis, genere, eruditione & ui-

ta cōspicuis, Oecolampadius S.



VVM claritudini uestræ, quæ me nuper in-
ter amicos nedū clientulos adscitum, singu-
lari facilitate p̄sequi cœpit, debeam multa,
uelim plurima, ne modo nō nihil præstem,
aliquot sanctorū patrū Canones, ijs dieb⁹ à nobis qua-
licūq; latinitate donatos, nūcupatim dedico. In quibus
& si non tanta æloquij uenustas, religio tamen, ut cætera
interim taceam, seueritas & prisca sanctimonia copiose
spectātur. Est enim præsertim Gregorio & Petro, non
minor autoritas apud Græcos, quàm magnis illis &
oecomenicis concilijs. Quam nimirum, ille cui *δαυματῆς*
γῆς cognomen, miraculis, hic quem & *ἰσομαρτυρα* uocāt,
sanguine, imò uterq; pura & euangelica eruditione sibi
conciliauit. Quamuis autem nostra secula, priscas hor-
reant pœnitentiās, bonæ tamē menti proficuum fuerit,
primæuæ illius austeritatis memorem, dignos potius,
fructus pœnitentiæ operari, quàm spem in uanis homi-
num pollicitationibus, Semeiæue Neelamitæ somnijs *

A 2 collocare

collocare. Gennadij etiã epistola, lectu dignissima est, quæ tam dilucide, tamq; ardeter, lætiferam illam Simonia pestem infectatur. Caterum nemo nobis iure succesebit, quod Latinis auribus ingeramus, quid aliæ nationes, quid alia secula amplexata sint, siquidem iubet Apostolus, δοκιμάζετε πάντα, τὸ καλὸν κατέχετε. Dogmatistæ sint alij, nobis modo interpretis officio fungentibus, munusculum uel nihili, quod tamen non usq; quaq; displiciturum sit, amicis patronisq; nouis parasse permittant. Valete.
Basileæ.

PETRI huius non meminit diuus Hieronymus in Catalogo, inter ecclesiasticos scriptores, quem tamen constat, teste Ioãne Zonara & Theodoro Balsamon, quorum Paraphrasibus Græcis adiuti sumus. Alexandriæ præfuisse ecclesiæ. Dionysio enim Origenis discipulo successit Theonas, cui Maximus, post quem Petrus ille, qui eruditione & sanctimonia tam pontificiam sedem, quàm martyrium meruit.

ARGVMENTVM.

Desertorum fidei varijs generibus uariæ pœnitentiæ præscribuntur. Negauerunt aliqui Christû, tracti ad iudices, post multa tormenta, de quibus Canon primus. Aliqui in carceribus, sed sine tormentis, de ijs Canon secundus. Dein alij sine tormētis & carceribus, qui tamen ad pœnitentiam redierūt, eos recipit Canon tertius. Alij sine tormentis & carceribus à fide recesserunt, sed ad pœnitentiam non redierunt, illos reijcit Canon quartus. Iterum alij aut simulanter adorauerūt, aut seruos subornarūt, qui arguūtur Canone quinto, sexto & septimo. Præterea quidã exciderant à fide, & sponte redierūt in agonē, qui laudantur Canone octauo, & p̄ eis preces fiūt Canone undecimo. Sed reprehendūtur, qui temere periculis se ingerunt Canone nono & tredecimo. Qui pro se pecunias dederunt, nō puniūtur Canone duodecimo. Clericos qui semel exciderunt, administrariū altaris, amplius nō admittit canon decimus. Canon ultimus inter ueros confessores numerat, qui uincti & uiadacti adorarunt idola, & qui confessores ueri sint indicat.

A 3 Dicit

DIVI PETRI AR-

CHIEPISCOPI ET MARTYRIS ALEXAN-

drini, ex sermone de pœnitētia Canones, de

ijs qui tēpore persecutionis à fide excide-

runt & dein pœnitentiam egerunt.

CANON PRIMVS



VVM IAM QVARTVM à perfecti-
tione pascha agatur, id temporis, sat
sit ijs, qui ad iudices adducti, custodiae
que mancipati, tormēta curatu diffici-
lia, flagella molesta, aliasq; multas gra-
ues necessitates pertulerūt, & dein per infirmitatē carnis
desciuere. Tametsi ab initio suscepti non sint, ob grauē
ruinam, quæ eos ne consummarent, præpedierat, uerū-
tamen cum diu multumq; repugnando certarint, neq;
uolūtate, sed carnis imbecillitate prodi & destituti eo
deuenerint, quandoquidem & in corporibus eorum sti-
gmata Iesu monstrentur, iamq; tertium annum lugeāt
post reditum, ad hñciendi adhuc ad pœnitentiam eorū,
quadraginta alijs dies, facta admonitione, quod, cū eos
etiā dominus & saluator noster Iesus Christus, post ba-
ptismum ieiunasset, à diabolo tentatus sit. Per eos, ubi
se amplius in pœnitentiæ operibus exercuerint, cōtinen-
terq; sobrijs fuerint, precibus inuigilēt, meditentur item,
quod dominus tentati se, ut adoraret ipsum, dixerit ua-
de post me Satana, scriptum est em̄, Dominum deum
tuum adorabis, & illi soli seruiēs.

A
& de
opiar
sauci
tentia
nomi
quā a
dunt
beran
cuius
perib
cis uir
cem a

V
te sua
sciuer
est, co
dñs a
ut fru
Ecce t
lūq; i
ille re
done
te fru

AT ihs, q̄ cū in uincula fuerint cōiecti, in carcere, ceu
 in obsidione, tribulatiōes, & pedores sustinuerūt,
 & dein absq; discrimine tormentorū, ob nimia uiriū in-
 opiam, redacti sunt in seruitutē diaboli, excæcati item &
 saucij. Iis, inquā, sufficiat annus ad superius tēpus pœ-
 tentiæ, quādoquidē omnino & ipsi sese obtulerūt, ut p
 nomine Christi affligerentur. Qui etiam refocillationē
 quā à fratribus in carcere acceperāt, multifariam repen- *
 dunt, cū se cupiant ab amarissima diaboli captiuitate li-
 berari, memores scilicet dicētis, Spiritus dñi super me,
 cuius gratia unxit me, ad Euangeliū annunciandū pau-
 peribus misit me, ut prædicem captiuis remissionē & cæ-
 cis uisum, ut dimittam saucios in remissione, & prædi-
 cem annum domini acceptum, & diem retributionis.

CANON TERTIVS.

Verum ihs qui sibi cauerūt, ne quid istiusmodi pate-
 rētur, neq; fructū aliquē fidei præbuerūt, sed spō-
 te sua, formidinēq; & timore instigati, ad iniquitatē de-
 sciuerūt, & nunc ad pœnitentiā redeunt, illis necessariū
 est, congruam de sterili ficu parabolā accōmodare, sicut
 dñs ait. Ficum quidā in uineto suo plātauerat, & uenit
 ut fructū in ea quæreret, nullóq; inuēto, ait ad uinitorē.
 Ecce tres āni, iā tū uenio, & fructū in hac ficu quæro, nul-
 lūq; inuenio. Excide eam, ut quid etiā terrā occupat: at
 ille respondēs ait, Domine sine illam etiam hoc anno,
 donec fodiam iuxta eam, & stercora adijciam, si for-
 te fructū afferat, id si minus, in posterum excides eam.
 Illo

8 DE POENITENTIA PETRI MARTY

Illo, ante oculos proposito, magis usui erunt, si interuallo tanti temporis, dignū fructum poenitētiæ attulerint.

CANON QVARTVS.

DEploratis autē, & obduratis, pellemq; Aethiopis quæ non mutatur, & uarias pardi maculas gerentibus, dicitur illud de altera ficu, nullus ex te ultra erit fructus in seculū. Propterea statim exarescit. Adimpletur etiam in ipsis, quod ab Ecclesiaste dictū est. Peruersum non potest adornari, & defectus non poterit numerari, quando quod est peruersum, nisi prius correctum fuerit, in numero haberi nō potest. Et tandem eueniet eis, quod dictum est à propheta Esaia. Etenim uidebunt, inquit, membra hominum, qui in me præuaricati sunt. Vermis enim ipsorum non morietur, & ignis ipsorum non restinguetur, & erunt in uisionem omni carni. Et sicut prædictum ab eo. Iniusti sic fluctibus agitabuntur, & quiescere nequaquā poterunt. Non est gaudium impijs, dixit dominus.

CANON QVINTVS.

Simulatoribus autem, ad modum Dauid, qui se sacro morbo laborare finxit, ut mortem aufugeret, cū tamen eo malo non teneretur, ut ijs qui nō clare subscribunt abnegationi, sed ob animi angustia illudunt, sicut uersipelles argutiq; pueri, in stultis ludicris inimicorum insidias fallere solent, quod aut aras prætereunt, aut manu scribunt, aut pro se gentiles subiiciunt, tametsi cōfessores nō

RIS
fores
mult
rent,
unt. C
nus t
pus i
erunt
dicēt
princ
filij n
terun
ipsius
conce
enim
niten
tra n
mus,
mon
& cre
mort
stitia

Q
mod
rem i

fores nonnulli, ut accepi, permiserunt, maxime cū iuxta
 multam ipsorum pietatem cauerint, ne ipsi autores fie-
 rent, tum ignis, tum suffitus, qui impuris dæmonibus fi-
 unt. Cum igitur hæc per ignorantiam fecerint, nihilomi-
 nus tamen in pœnitentia reuersionis semestri illis tem-
 pus iniungitur. Sic equidem, immo multo magis, utiles
 erunt, meditantes secum illud propheticum dictum, &
 dicētes: Puer natus est nobis filius, & datus nobis, cuius
 principatus super humerū eius & uocabitur magni con-
 silij nunciū. Sicut scitis in sexto mense conceptum & al-
 terum puerum, qui prænuñciauit ante faciem ingressus
 ipsius, pœnitentiam in remissionem peccatorum. Isq;
 conceptus est ad prædicandam pœnitentiā. Audimus
 enim utrūq; principio prædicantem, non solum de pœ-
 nitentia, sed de regno cœlorum, quod, uti didicimus, in-
 tra nos est, eo quod prope nos sit uerbum, quod credi-
 mus, in ore ipsorum, & corde ipsorum. De quo & illi ad-
 moniti discant, cōfiteri in ore suo, quod dominus Iesus,
 & credent in corde suo, quod deus ipsum excitauit ex
 mortuis, utpote qui audiant, quod corde creditur ad iu-
 stitiam, ore autem confessio fit ad salutem.

CANON SEXTVS

Qui autem seruos Christianos in locum suū sub-
 ornarunt. Serui quidem, tāq; subiecti, & quodā-
 modo à dominis custodia uincti, ppter minas & timo-
 rem illorum in hoc mali abacti ad annum pœniten-
 tiæ facta

B

tiæ facta demōstrent, ut addiscant, deinceps serui Christi facere uoluntatem dei, & timere eum, præsertim cū audiant, quod unusquisq; siquid benefecerit, illud feret a domino, siue seruus, siue liber:

C A N O N S E P T I M V S.

Quod si liberi, tribus annis probentur poenitentia, & tãq; simulationis rei, & tanq; impellentes conseruos facere sacra. Quandoquidẽ audire apostolũ neglexerint, qui uult, ut omissis minis, domini & conserui eadem faciant. Sciens ait, quod & uestri ipsorum dominus est in cœlis, neq; psonarũ respectus aliquis apud eum est. Si autem unum dominũ habemus apud quẽ non est respectus personarum, quoniam in omni & in omnibus est Christus, tam in barbaris q; scythis, tam seruis q; liberis, consyderare debent quod eis prohibitum sit. Qui uoluerunt animas suas seruare, seruos ad idololatriam traxerunt, quos effugisse etiam ipsos licuisset, si iustitiam & æquitatem illis fuissent impartiti.

C A N O N O C T A V V S.

Qui uero traditi exciderũt, deinde autem sua sponte redeunt in discrimen, cõfidentes se esse Christianos, coniectiq; sunt in custodiam post tormenta, rationale est in exultatione cordis, eorum exemplo roborari, & cõmunicare in omnibus, tã precibus & susceptione corporis & sanguinis Christi, quã adhortatione uerbi, ut constantius depugnãtes, fiant & ipsi digni præmio suo

RIS CANONES IO. OECOLAMP. INTERP. II

mio supernæ uocationis. Etenim septies, ait scriptura, cecidit iustus & resurgit. Quod si omnes qui exciderunt fecissent, perfectissimam, eoque corde manantem ostendissent poenitentiam.

CANON NONVS

ET qui tanquam ex somno, in discrimen à se ipsis profiliunt, ad hoc enitētes summo studio, ut rapiantur, sibi ipsis tentationem aduersunt, nempe pugnas cum mari & fluctuū crebra inundatione, immo & fratribus accensos peccātorum carbones admouent. Et ipsis comunicandum, uidelicet quod in nomine Christi hoc aggressi fuerint, etiam si minus attenderint uerbis illius, qui docet, Orate ne intretis in tentationem. Et rursus in precibus, ut dicamus patri. Et ne nos inducas in tentationem, sed libera nos à malo. Fortassis autem ignorat etiam patrem familias præceptorem nostrum se penumero secessisse, ab his qui insidias parabant, fuisse etiam olim tempus, cum non libere ambularet per eos. Et quando tempus passionis eius appropinquauit, non seipsum tradidit, sed expectauit, donec uenirent contra eum cum gladijs & lignis. Dicit igitur ad eos. Tanquam ad latronem, existis cum gladijs & lignis, ut comprehendatis me. Qui & tradiderunt ipsum, ut scriptum est, Pilato. Ad similitudinem ergo ipsius, qui prætergressa illius regula passi fuerint, recordentur diuinarum ipsius

B 2 scripturarū

scripturarū, per quas nos cōfirmans in tribulationibus dicit. Attendite uobisip̄s. Tradent enim uos in concilia. & in synagogis suis flagellabunt uos. Tradent, inquit, sed non, uos ipsi tradite. Et ad duces & reges ducemini, propter nomen meum, sed non uos ipsos ducite. Insuper in persecutionibus, propter nomen suum, profugere nos uult de loco ad locum. Quemadmodum iterum audimus eum dicentem. Et quando persequentur uos, de una ciuitate fugite in aliam, non uult nos transfugere ad satellites & lancearios diaboli, ne autores illis fiamus plurium homicidiorum, quasi cogentes eos, ut amplius exasperentur, & perpetrent mortifera facinora, sed uult ut expectemus & nostrā ipsorum agamus curā, uigilemus item & oremus, ne ingrediamur tētationem. Sic Stephanus primus ad uestigia eius martyriū in Hierosolymis suscepit, & raptus est à legis desertoribus, & ductus in concilium. Cum uero lapidibus peteretur, glorificareturq; in nomine Christi, obsecrabat & dicebat, domine ne statuas illis hoc peccatum, Sic Iacobus secundus, captus ab Herode, gladio capite plexus est. Sic prap̄positus apostolis Petrus, sæpe captus & custodia traditus, & dehonestatus. Postremum Rhomæ crucifixus est. Similiter & clarissimus Paulus, cum sæpe traditus, & usq; ad mortē periclitatus sit, multumq; pugnarit, gloriatusq; fuerit in crebris persecutiōibus & tribulationibus, in eadem urbe, & ipse capite truncatus est. Qui

RIS
est. Q
Dama
geritq
enim e
dei, in
Diceb
teat n
quod
ui fier
Apost
esset.

V
sentan
res ou
stolor
piofan
quiq;
cū Ch
necess
sibi ut
necess
curam
doctr
adhuc

est. Qui & laudum suarū catalogum ijs finiit, quod in Damasco sportula per murum dimissus sit nocte, effugeritq; manus querentis eum apprehendere. Institutū enim erat eis cum primis euangelizare & docere uerbū dei, interimq; confirmabāt fratres, ut in fide persisterēt. Dicebant, & hoc, quod per multas tribulationes oporteat nos ingredi in regnū dei. Quærebant equidem nō quod sibi ipsis conducibile esset, sed quod multis, ut salui fierent. Multaq; essent quæ facerent ad hæc, nisi ut Apostolus ait, narrantibus nobis tempus defecturum esset.

CANON DECIMVS:

VNde ne dericos quidem se obijciantes, & desertores, denuoq; ad pugnam redeunt, rationi consentaneum est in ministerio perseuerare, quod desertores ouilis dominici seipsos sugillarūt, quod nemo apostolorū fecit. Etem̄ qui multas tribulationes exhausit, copiosamq; certaminū palmā ostentauit beatus Paulus, quiq; p̄spectū habuit, quod melius esset dissolui & esse cū Christo, infert & dicit. Sed manere in carne magis necessariū propter uos. Considerans enim, non quod sibi utile esset, sed quod multis, ut saluarentur. Et magis necessarium putabat, adesse fratribus & illorum agere curam, quam suam ipsius quietem. Qui & docētem in doctrina, fidelium exemplar esse uult. Qui in carcere cū adhuc sub iudice essent, descuerunt, & denuo pugna-

B 3 runt,

14 DE POENITENTIA, PETRI MARTY

runt, omnino sunt insensati. Quomodo id officij repererunt, quod deseruerunt dum adhuc fratribus utiles esse potuissent. Quatenus irreprehensibiles, uenia digni erant de absurdo suo facinore. Verum enim uero potesteaquam exciderunt, & tanquam ambitiose agentes, seipsum affecerunt ignominia, sacris amplius inseruire nequeunt. Ideo magis dent operam & curent in modestia, quomodo uanæ gloriæ uacui, uitam perficiant. Sufficiat autem illis communio, facta diligentia & administratione in utroque, uidelicet in precibus & diuinis munieribus, tum, ne contristati, dissolutionem huius uitæ ui arripiant, tum ne nonnulli qui exciderant, prætextum obtendant, quod propter formam duræ castigationis, animum abiecerint, qui se supra omnes confusione & opprobrio notabunt. Sicut ille qui posuit fundamentum, & non potuit consummare. Incipient enim ait omnes, qui prætergrediuntur illudere ipsi, ille homo fundamentum posuit & non potuit perficere.

CANON VNDECIMVS.

Qui primum, in ardore persecutionis à fide resiliunt, stantes dein apud tribunal, & uidentes sanctos martyres ad præmium supernæ uocationis festinare, honesta æmulatione alacres addiderunt se illis, libertateque multa sunt usi, præsertim quod aspicerent eos qui subuerterentur & exciderent, propter quos subferuefacti intra se, & uoce undique adhortati, ad profligendum elatum

RIS
tum &
dens u
us mu
fortiter
tum ac
quas d
fieri, p
ficti, &
carcere
dein pe
gnum
& gem
nimian
bus, au
Scimus
ctos pa
tate cor
res itaq
in nom
ne duc
perseuer
uita sua
propitia
factus e
tiat pecc
tum ha

RIS CANONES IO. OECOLAMPAD. INTERP. 15

tum & aduersarium, in hoc incubuerunt, ne ille sibi prudens uideatur, in ihs, quos uersutia sua uisus est in peius mutasse, tametsi nesciat, quod uincitur, ab ihs qui fortiter perferunt, spiculorum & flagellorum tormenta, tum aciem gladii, tum ambustiones ignis, item & in aquas demersiones, nesciatq; orationes & deprecationes fieri, pro ihs qui à fide exciderunt, siue qui in custodia afflicti, & ob famem & sitim à fide desciscunt, siue qui extra carcerem in tribunali spiculis & flagellis torquentur, & dein per infirmitatem carnis deteriores redduntur. Dignum est conuiuere, condolere, & compati, plorantibus & gementibus, super ihs, qui in certamine defecerunt, ob nimiam insidiosi diaboli atrocitatem, aut super parentibus, aut filiis, aut fratribus, sed & illos in re nulla nocere. Scimus etenim aliena fide aliquos diuinæ bonitatis factos participes, nempe in remissione peccatorum, in sanitate corporis, & in resurrectione mortuorum. Memores itaq; multorum laborum & ærumnarum, quas ante in nomine Christi sustinuerunt, certe & quod pœnitidine ducuntur & desinent, quæ eis acciderunt, traduntq; se in perseueranti mortificatione corporis, etiamque hoc in uita sua testati sunt, oramus & obsecramus, pro eorum propitiatione, cum alijs quæ ad hoc decet, per eum qui factus est nobis aduocatus apud patrem, qui propitiatur peccatis nostris. Et si quid, inquit, peccauit, aduocatum habemus apud patrem, Iesum Christum iustum, & ipse

refilie
es san
stina
berta
s qui
facti
n ela
tum

& ipse est propitiatio pro peccatis nostris

CANON DVODECIMVS.

IIs, qui pecuniam dederunt, ne modis omnibus afflictioni expositi essent, nihil culpæ imputari potest. Damnum enim & iacturam opum sustinuerunt, ne animam suam aut damno afficerent, aut perderent. Quod alij propter turpe lucrum non fecere, tametsi dominus dixerit. Quid lucri habebit homo, si totum mūdum lucretur, animam autem suam aut damno afficiat aut perdat. Et non potestis deo seruire & mammonæ. Visi em̄ sunt illis, quod deo seruiant, pecuniamq; cōtempserint & fastidierint, Impleueruntq; interim quod scribitur redemptionis animæ uiri, diuitiæ ppriæ. Cū & in actis apostolorum legamus, raptos pro Paulo & Sila, in Thessalonica ad magistratus urbis, & absolutos, ubi accusati fuerant in multis propter nomen, & concitasse turbam & magistratus. Accepta autem satisfactione à Iasone, & à cæteris absoluerunt ipsos, Fratres autem statim per noctem dimiserunt Paulum & Silam in Berreæam.

CANON TREDECIMVS.

Vnde ne illis quidem, qui relictis omnibus ob animæ suæ salutem secesserunt, imputandum, perinde ac propter eos alij detineantur. Etenim & in Epheso pro Paulo iterum Gaius & Aristarchus correpti in spectaculum comites Pauli, & uolentem intrare ad populum, cum propter ipsum, qui persuaserat, & adduxerat turbam

RIS
turba
non pe
quida
miseru
mittere
synceri
ipsum
cipui a
ditus q
dient,
nu san
Iudæo
scriptur
factus
eum, &
iussit e
improp
Quem
cunctis
quod fr
Herod
qui & s
tum in
appella
eius, st
puer uo

turbam multam ad cultum dei seditio fuerat excitata, non permiserunt ipsum discipuli, ut legitur. Præterea & quidam principum Asianorum, cum essent amici illi, miserunt ad ipsum & rogauerunt, ne spectaculo se committeret. Si autem inepti quidam nugatores obstrepunt, synceriter attendentibus ei, qui dicit. Saluans salua tui ipsius animam, ne respexeris retro. Memores sint & præcipui apostolorum Petri, qui in uincula coniectus, & traditus quatuor quaternionibus militum, qui ipsum custodirent, cum in nocte effugisset, & liberatus esset de manu sanguinarij Herodis, & omni expectatione populi Iudæorum, iuxta mandatū angeli dñi. Facto em̄ die ait scriptura, erat turbulētia nō parua inter milites, quidnam factus esset Petrus. Herodes autem cum inquisiuisset eum, & nō inuenisset, inquisitione facta de custodibus, iussit eos ad supplicium duci, propter quos nihil causæ impropertur Petro. licebat enim eis fugam capeffere. Quemadmodum & omnibus pueris in Bethlehem, & cunctis finibus eius, si cognouissent parentes eorum, quod futurum erat. Qui interempti sunt à sanguinario Herode, eo quod unum puellum quæreret perdendū, qui & secundū mandatum angeli domini effugijt, iam tum incipiens statim prædari, & acriter diripere, iuxta appellationem nominis, ut scriptum est. Voca nomen eius, statim prædare. cito diripe, eo quod priusq̄ sciat puer uocare patrem uel matrem, accipiet robur Dama-
C sci,

TY
 ous affli-
 i potest,
 it, ne ani
 t. Quod
 dominus
 idum lu-
 t aut per
 Vili em̄
 mperint
 ibitur re/
 ctis apo
 Thessa
 accusati
 turbam
 Iasone,
 tim per
 am.
 s ob ani
 n, perin/
 Epheso
 ti in spe-
 d popu-
 duxerat
 turbam

sci & spolia Samariæ coram rege Assyriorum. Magi
 igitur quasi in prædam dati, & direpti, submissi & ho-
 norifice adorarunt puellum, aperiētesq; thesauros suos,
 obtulerunt illi cōueniētissima & decētissima donaria, au-
 rū thus & myrrham tanq; regi & deo & homini. Vn-
 de nec reuerti ad Herodem regem uoluerunt, adiuti pro-
 uidentia. Oraculo enim per somnum accepto, inquit,
 ne reflecterent ad Herodem, per aliam uiam redierunt
 in regionem suam. Quo uiso, cruentus Herodes, quod
 illusus esset à magis excanduit ualde, missisque militi-
 bus, interemit omnes puellos in Bethlehem, & cunctis
 finibus eius à bimatu & infra, iuxta tempus, quod scisci-
 tatus erat à Magis. Cum quibus & altero puello, qui
 ante illum genitus erat, quæsito ad mortem & non in-
 uento, patrem eius Zachariam occidit, inter templum
 & altare, cum effugisset puer cū matre Elisabeth. In quo
 nihil quod reprehensione dignum erat, inuentum.

CANON DECIMVS QVARTVS.

CAeterum si qui uim multam patiantur, lupatum
 que & uincula in os accipiant, fortiterq; persistāt
 affectu fidei, & uinctis manibus adducantur inuolunta-
 rī ad prophanum sacrificium, sicut scripserunt mihi è
 uinculis beatissimi martyres ex ijs, q in Lybia, & alij cō-
 ministri huiuscemodi, maxime cum & reliqui fratres de
 illis

RIS CANONES IO. OECOLAMPADIO INTERP. 19

illis testentur, Tales, inquam, possunt esse in ministerio, ad lecti inter confessores. Nam & ipsi mortificati varijs tormentis, ne quiverunt, aut loqui, aut sonare, aut mouere, quo resisterent ijs qui frustra ui adegerant. Nō enim participes fuerunt abominationis eorum, sicut à comministris iterum accepi. Cooptabitur autem inter confessores, quisquis iuxta Timotheum admini-

strauerit, obediens ei, qui dicit sectare iusti-

tiam, pietatem, fidem, charitatem, pa-

tientiam, mansuetudinem. Certa

bonum certamen fidei, appre-

hende aternā uitā, in quā

uocatus es, & cōfessus

es bonam cōfessio-

nem coram

multis te-

stibus.

DE POENITENTIA, PETRI MARTYRIS
TYRIS CANONVM, FINIS.

C 2

Magi
& ho
os suos,
aria, au
ni. Vn
iuti pro
inquit,
dierunt
s, quod
e militi
cunctis
d scisci
llo, qui
non in
mplum
In quo
m.

V S.
atum
erfistat
olunta
mihi e
alij co
tres de
illis

V I T A G R E G O R I I

GREGORIUS ille, cui ante Theodoro nomen, quinquennio Origenis auditor fuit, episcopus Neocæsareæ Pōti, miraculis & signis plurimis admirabilis, scripsit paraphrasin in ecclesiasten, & epistolas quasdam: Hieronymus in libro de illustribus scriptoribus.

A R G V M E N T V M.

GOTTHIS & Boradis Pontum deuantibus, ut in bellis fieri assolet, captiui cibis interdīctis uescebantur, mulieribus uis fiebat. Auari alienis opibus inhiabant, exulum bona & prædia occupantes. Inuenta alij aut seruabant, aut reddituri mercedem inuentionis exigebāt. De quibus à sacerdote quodam consultus, sanctus ille Gregorius, hac epistola respondit.

E
NICA
pi

I

ro Ap
& illa
bos p
dit im
ptiuis
mus.
oculos
bitu su
per ca
precib
tinent
præ se

EPISTOLA CANO

NICA SANCTI GREGORII ARCHIEPISCO-
pi Neocæsariensis, miraculis dari, de ijs, qui in ca-
ptiuitate idolis sacrata comederunt, &
alia quædam commiserunt.

CANON PRIMVS.



Aud graue piaculum est, papa sacratis-
sime, si captiui edulia sibi à dominis
apposita, comederint, præsertim cum
unus omnium sermo sit, barbaros, qui
in has nostras oras incursionem fece-
runt, idolis non fecisse sacra. Enimue-
ro Apostolus ait. Edulia uentri, uenter edulij. & hunc
& illa deus abolebit. Quin & saluator noster omnes ci-
bos purificat. Nō enim quod ingreditur, hominem red-
dit immundū, sed quod egreditur. Et de mulieribus ca-
ptiuis, quæ barbarorū atrocitate uitiatæ sunt, responde-
mus. Si uita alicuius, quæ ambulat, ut scriptū est, post
oculos fornicantes tanq̃ de inueterato fornicandi ha-
bitu suspecta, fuerit condemnata antea, id ipsum de ea
per captiuitatis tempus, censendum, neq; temere illi in-
precibus communicandum. Sin ante egregia uixerit cō-
tinentia, munda inq; & nulla suspitionis labe infectam
præ se tulerit uitam, nunc uero uiolentiæ & necessitatis
C 3 iniuria

iniuria lapsa est, exemplum habemus in puella Deuteronomij, cui nullū imputat peccatum mortis, neq; aliqd cōtinget, si cū ea, in agro inuenta, uimq; passa uir cōcubuerit. Equidem perinde ac si quis aduersus proximum suum insurgat, illiusq; occidat animā, talis & huius est causa. Clamauit puella, nec erat, qui adiuumento illi esset.

CANON SECVNDVS.

De immodica habendi cupidine.

HAec quidem eiusmodi sunt, auaritia autem periculosa est, nec facile una epistola citari possunt diuinæ literæ, quibus, non modo rapina, sed omnis auaritia, alienorumq; per turpe lucrum contactus fugienda, & abhorrenda denunciantur. Et omnis qui eius farinae est, ab ecclesia dei abdicatur. Iam quod tēpestare huius incurfionis, sub tanto ululatu, tantisq; lamētationibus audent aliqui existimare, tempus, quod cæteris affert pœniciem, sibi lucro cedere, hominum planè est impiorū, osorumq; dei, etiam si non extreme pessimorū. Vnde uisum est, eos omnes abdicandos, ne ira dei, super totū templum ueniat, primūq; super antistites, qui tales nō inquirūt. Nam timeo sicut scriptura ait, ne impius secū perdat iustum. Fornicatio enim ait, & auaritia propter quæ uenit ira dei super filios inobedientiæ. Ne sitis ergo illorum participes. Eratis enim aliquando tenebræ, nūc autem lux in domino, sicut filij lucis ambulate.

Nam

RII
Nam
te, pr
nicam
prehē
& dic
rescur
ant, q
pore
ciēq;
faciun
ritia i

A
facta
tuus e
non e
existi
ne acc
quæ fi

N

Nam fructus lucis in omni bonitate, & iustitia & ueritate, probantes quid sit ualde gratum deo, & non comunicantes infructuosis tenebrarum operibus, immo & reprehēdite. Quæ enim clanculo ab illis fiunt, scēdum est & dicere. Omnia autem quæ arguuntur, per lucem clarescunt. Talia quidem Apostolus. Porrò si pœnam luant, qui auaritiā tempore pacis exercuerunt, ipsoq; tempore iræ rursus ad auaritiā euersi, ex sanguine perniciēq; afflictorum, aut captiuorum, aut occisorum lucrū faciunt, quid aliud expectandum, quàm quod sua auaritia iram & sibi & omni populo irritando coaceruet?

CANON TERTIVS.

AN non Achor filius Zarah, in anathemate, peccato peccauit, & super omnem congregationē Israël facta est ira? Et unus ille solus peccauit, Num solus mortuus est in peccato suo? Nos autē omne lucrum, quod non est nostrum, sed alienum, hoc tempore anathema existimare oportet. Et Achar, & ij qui nunc, ex direptione accipiūt. Ille autem ex ijs quæ hostium, ij uero ex ijs quæ fratrum sunt, pestilens lucrum faciunt.

CANON QVARTVS.

Nemo seipsum, tāq; inuenerit aliqd, decipiat. Neq; em̄ ex repertis lucrari quiddam licere testat. illud Deuteror

FO
Deu
neq; ali
uir cō
proxi/
huius
nto illi

m peri
nt di
auari
enda,
arinæ
uius
nibus
ert p
iorū,
nde
totū
s nō
secū
opter
s er
ene
late
Nam

Deuteronomij. Si uideris uitulum fratris tui, aut ouem errantem in uia, ne despicias ea, sed fideliter reducas ea fratri tuo. Quod si nō appropinquat frater tuus ad te, neq; noueris ipsum, coges ea in domo tua, erūtq; apud te, donec frater tuus ea requirat. sic facies de asino, & ueste, sicq; facies de omni quod amiserit frater tuus. Hæc Deuteronomium. In Exodo autem, non solum accurate reduci in domum domini sui iubentur, quæ sunt fratris, sed & quæ inimici. Cæterum, si tempore pacis à torpescente, delitijs uocante, & sua negligente, siue fratre, siue, inimico, lucrū facere nō licet, quanto magis à periclitante & inimicos fugiente, suāq; propter necessitatē relinquentē.

C A N O N Q V I N T V S.

AT alij, pro suis quæ amifere, res alienas inuentas detinentes, seiplos decipiunt, ut cum à Boradis & Gotthis phibeant, ab hostib⁹ aliquid rapere, suos, hostes facti, inuadunt. Quāobrem Euphrosynum, fratrem, parīsq; senectutis, ad uos misimus, ut secūdū formā hic apud nos obseruatā, & quorū accusationes admittēdæ, & qui à precibus excludēdi sint, isthic similiter disponat

C A N O N S E X T V S.

ANnunciatū est & nobis incredibile quiddā, quod in regione uestra factum sit, planè ab omnino impijs & infidelibus, nomen etiam ipsum domini ignorātib⁹, qui in tantam inhumanitatē & crudelitātē deuenunt

rūt. ut captiuos, qui iā effugerāt, ui detinuerint. Mittite aliquos in regionē, ne q talia ppetrauerūt, fulmine tangātur. **CANON SEPTIMVS.**

QVi in captiuitate diutina, iā inter barbaros cōnūerant, facti & ipsi barbari, adeo, ut obliti se quoq; Ponticos & Christianos, cognatos uel fune, uel ligno trucident, ignoratasq; barbaris, uias & domos indicēt, auditorio etiā excludant, donec sanctis, anteq; eos sancto spū cōuenientibus, cōmuniter qd de ipsis, decernat.

CANON OCTAVVS.

ALienas domos sub hac barbarorū incursione ingredi ausi, si accusati, cōuictiq; fuerint, ne uel auditorio digni censeant, Sin se expurgauerint, ablatāq; restituerint, in ordine supplicū pœnitentiū statuuntur.

CANON NONVS.

QVi in campo, aut in suis etiā aedib⁹, à barbaris qpiā relictū inuenerint, si accusati conuincant, similiter cū supplicibus pœnitētibusq; numerandi sunt. Qd si se excusarint restitutis inuentis, ad preces quoq; ut admittantur digni censeantur.

CANON DECIMVS.

Mandatum hoc impleturi, absq; omni turpi lucro impleant. Neq; indicij, neq; conseruationis, neq; inuentionis, uel quocūq; alio noie mercedulā repetant.

CANON VNDECIMVS.

Π De quinq; pœnitentium locis.
Ῥόκλαυσις, extra portas oratorij est, ibi peccatorem
Dstantem

ESAR.

ut ouem
 ucas ea
 s ad te,
 p apud
 o, & ue
 s. Hæc
 accura
 sunt fra
 s à tor
 ratre, si
 pericli
 atē re

uentas
 adis &
 os, ho
 fratrē,
 mā hic
 ttēdæ,
 ponat

quod
 no im
 norā
 deue
 erunt

stantem, à fidelibus qui ingrediuntur flagitare, oportet, ut p se orent *Αγοάσις* intra portā est, in loco quē *βάθρα* uocāt, ibi stat peccator post catechumenos, & inde egreditur. Ait enim, ubi audierit scripturas & doctrinas, eijciatur, nec dignus habeatur, qui precibus intersit *ἰπὸ πύλαις* intra portam tēpli ut stans cum catechumenis egrediatur, *σὺς αὐτῶν*, ut simul stet cum fidelibus, & non exeat cum catechumenis *μέθοξις* ad sanctificationes pertinet.

➤ **GENNADII PA**
 TRIARCHAE ET SYNODI CONSTANTINO
 politanae epistola, in totum orbem missa ad
 oēs Metropolitanos, & papā Rhomanū.

PIENTISSIMO comministro ibidem, Gennadius, sanctāq; Synodus in terrarum gubernatrice Constantinopoli noua Rhoma, constituta. Dominus noster & deus & saluator Iesus, cum sanctis discipulis suis, q̄s per uniuersum orbē, hominū doctores misit, euangelij praedicationē credidisset, praecipit manifeste, ut munus, qd̄ abs se gratis accepissent, illud ipsi ceteris, quoq; mortalibus gratis largirentur, proq; illo neq; aēs, neq; argentum, neq; aurū, neq; ulla alias facultates terrenas aut materiales possiderēt. Caelestibus em̄ & spūalibus gratijs, terrena & caduca cōmutabilia nō sunt. Id mādati, non illis modo, sed & nobis praecipit per illos, in quorū nos gradū & locū substitue

EPIS
 re dig
 dilige
 argu
 inde i
 possi
 Simp
 hic an
 sophi
 tij dig
 distis,
 Quo
 māda
 fecto
 uel da
 lēti fell
 auarit
 magn
 rū, de
 modū
 ordina
 ritq; p
 uel aliū
 mouer
 tuncq; a
 uictus
 tur, ex

EPISTOLA IO. OECOLAMPADIO INTERP. 27
re dignatus est. Itaq; quēadmodū illi tū, ita & nos nūc
diligēter custodire & tenere oportet. Hic sophismatis &
argutijs ne utamur in tam apertis, talū piculosum hinc
inde iactando. Gratis, inquit, accepistis, gratis date, non
possidere aēs, neq; argentū, neq; aurū in zonis uestris.
Simplex & manifestus mandati huius sermo est. Nihil
hic ambiguū, nihil hic supra captū nostrū, nulla hic op⁹
sophistica enarratione. A me, inquit, accepistis sacerdo-
tij dignitatē, p qua si uel paruū uel magnū quid depen-
distis, si hæc uendita est à me, uenundate & uos eā alijs.
Quod si gratis accepistis, date & uos gratis. Quid hoc
mādato manifestius? qd obseruātib⁹ magis utile? Pro-
fecto uā. suspicantibus donū dei pecunijs uel possideri
uel dari. Equidē tales, iuxta sentētiā sancti Petri, amaru-
lēti felle, & obarati iniustitiæ, à sua ipsorū cōprehēdunt^r
auaritia. Vnde sanctorū & beatorū patrum, in sancto,
magno, œcomenicōq; Chalcedonēsi cōcilio cōgregato-
rū, de eadē re, dñicæ huic legi canon cōcinit, qui in hunc
modū clare pnūciatus est. Si quis episcopus, p pecuniā
ordinauerit, uenalēq; fecerit inuendibilē gratiā, ordina-
ritq; per pecuniā, episcopū, uel presbyterū, uel diaconū,
uel aliū quēpiā clero adnūeratorū, uel etiā pecunia pro-
mouerit dispensatorē, uel defensorē, uel ædituū, uel quē-
tuncq; alium ex clero, turpi lucro captus, & id fecisse con-
uictus fuerit, de gradu suo periclitetur, & qui ordina-
tur, ex tali ordinatione uel promotione nundinatoria,

D 2 nihil

nihil assequatur, sed alienus sit à dignitate, & administratione quam pecunia nactus est. At qui tam illicitorum & turpium lucrorum conciliator fuerit, si clericus, suo excidat gradu, si laicus, aut monachus anathemate mulctetur. Pulcherrima, ualdeque religiosa canonis huius à tam sanctis patribus lata, sunt mandata, quæ omnis insultus Satanæ, & omnes conatus diaboli, quos aduersus donum spirituale intentat, repellere & excindere possent. Nullo enim pacto, ordinationis promotionem fieri uult per pecunias, quas neque ab initiante, neque ab initiato accipere licet, sed neque ante tempus ordinationis, neque per tempus ordinationis pro ordinatione, dari pecunias concedit. Omnino enim in hac causa, munerum acceptione interdixit. Quamuis autem manifeste prohibita hæc, deprehensi tamen sunt nonnulli, qui cum Galatis ob turpe lucrum, & auaritiam, salutaria hæc & optima mandata paruifaciant & transgrediantur. Quo circa nobis & sanctæ huic synodo, in hac terrarum gubernatrice noua Rhoma constitutæ, operæ precium est uisum, ea iterum innouare, ut sine omni suspitione, sine omni excusatione, sine omni fraude excindat, impia & abominanda consuetudo, quæ nescio quo pacto in sanctissimas irruerit ecclesias. Ut præconio ordinandorum à pontificibus, uere citraque nundinatum habito, supernæ spiritus sancti afflet gratia. Et haud scio, an promotione facta, per pecunias, & non per manus pure initiantes, ordinando,

contra

EPI
 contra
 gis con
 dis on
 presby
 laicum
 creto &
 non d
 tiam, n
 & est
 nisteri
 quisqu
 stimat
 ue laic
 enim f
 tur, at
 seruire
 nem co
 & man
 tes, au
 huius p
 Curet
 tibiç
 emplan
 máque
 tes, con

contra huius mandati tenorem concedatur, & non magis contrahatur spiritus sancti gratia. Scias ergo, modis omnibus pientissime papa, omnem episcopum, uel presbyterum, uel alium quemuis, de quo Canon, etiam laicum, tali crimini obnoxium, communi pōtificum decreto & calculo damnatum, quomodo & p̄fatus Canon diffiniuit, Scire etenim oportet, gratiam esse gratiam, neque apud eam intercedere argentum. Sit igitur & est abdicatus, & omni sacerdotali dignitate & ministerio alienus, & maledictioni anathematis subditus, quisquis hanc gratiam, uel per pecuniam possideri existimat, uel p̄stare pecunijs, pollicetur, siue clericus, siue laicus, arguatur, uel non arguatur hoc facere. Non enim fieri potest, ut quæ coire non possunt, committantur, aut deo consonet cum Satana, aut huic seruiens, seruire & deo. Est etenim & hæc dominica, citraque omnem controuersiam sententia, non potestis deo seruire & mammona. Iisce nos & confisi, & pro uirili obediētes, autoritate eius, à quo hæc dicta sunt, contra legis huius p̄uaricatores, hancine statuimus sententiam. Curet autem & sanctitas tua, uniuersas tuas custodias, tibiq; subiectos episcopos, nec non & alios omnes exemplaribus, de ea certiores reddi, ut in uno spiritu, animaque una, omnes simul Christiani idem profitemes, contra hostem communem ualeamus, adiutore

D : deo

IA
dmini
illicito
clericus,
thema/
nis hu
omneis
os ad
xcinde
motio
te, neq
inatio
ne, da
mune
nifeste
qui cū
hæc &
. Quo
guber
uisum,
excusa
ināda
is irru
icibus,
us san
ra, per
nādo,
contra

DE SIMONIA GENNADII ENCYCLIA
deo, radicem auariciae ab illo in nobis plantatam, cum
omnibus malorum germinibus, simul excindere. Qm
nem fraternitatem, quae tecum est salutamus,
Saluus in domino, ora pro nobis
pientissime frater.

Gennadius episcopus Costantinopolis nouae Rhomae
Ioannes episcopus Metropolis Heradiae.
Anastasius episcopus Metropolis Ancyrae.
Eunomius episcopus Metropolis Nicomediae.
Petrus episcopus Metropolis Nicaeae.
Subscripserunt item & septuaginta tres.

GENNADII ET SYNODI CONSTAN
TINOPOLITANAE EPISTO
LAE, FINIS.

R
MI



ne dic
tur, ob
lacem
rinthi
die ue
tagen
alites,
tum

REVERENDO DO

MINO THELAMONIO EPISCOPO TRIPO
LITANO, SVFFRAGANEOQVE BA
SILEIENSI, OECOLAMPA
DIVS SALVTEM.



N cōiūio nupero pientissime pater,
cum lautiora quædam & planè coele-
stia fercula *περι μετα νοίας* proferres, in-
citatisti me, ut & Graciam consulerem
quid nam & ipsa de ijs quæ tā uaria,
ne dicam tenuibus nixa stirpibus apud nostros ferun-
tur, olim senserit. Et ecce Nicephori quem Chartophyl-
lacem uocāt epistola ad Theodosium monachum Co-
rinthiū *περι του δεσμειν και λυειν* in manus uenit. Eā ho-
die uersam, tuæ præstantiæ *δεντι εσασωσ*, cū aliæ nobis At-
ragen phasidesq; nō sint, tāq; pegrinas ultramarināsq;
alites, quas auere tū uidebare, mitto. Quæ & si ad pala-
tum, gulamq; multorum nō sunt futura, commen-
dabunt tamen meum in te studium. At tuū
fuerit, eas aut cum Onocrotalis & Py-
gargis communes ducere, aut cū
sacrificialibus turturibus be-
nedicere, Vale.

alites

Ex

EX EPISTOLA

NICEPHORI CHARTOPHYLACIS AD
Theodosium Monachum, de ligan-
di soluendiq; potestate.



LIGANDI soluendiq; prouincia, ponti-
ficibus ipsis, à clementissimo deo no-
stro demandata est. Siquidem ad Pe-
trum ait. Quæcūq; ligaueris, ligata, &
quæcūq; solueris, soluta erunt. Vn-
de olim omnes oportebat ad ipsos
pontifices accedere, suâq; illis occulta prodere, & sic uel
reconciliationem uel repudium ferre. Ignoro autem,
qui factum sit, cur hæc minus obseruentur, quamuis
existimem, pontifices, negotij tædio, frequentiq; multi-
tudinis turbulētia defatigatos, id operæ ad Monachos
trāsmisisse, ad eos scilicet qui uere probati sint, alijsque
ualeant esse utiles. Nihil enim tale inexpertis & indo-
ctis permiserunt. Equidem in aduersa corporis ualetu-
dine, illum inquirimus, dicimusque medicum, qui tam
re ipsa, quam uerbis male habētem curare queat. Itaq;
non respicimus in hunc uel illum, qui præter medici
nomen nihil habeat medici, sed in eum qui sicut ex-
pedit, medicum præstare poterit. Porrò si quis ex-
pertus sit & frugi, & cum hoc sacerdotio fungatur,
ad illum

DE
ad illu
desse,
& con
mole
randu
rigat
rum s
instru
delict
se pot
die se
dum
tum c
ritual
uitam
cet, un
iurgan
ticeps
tinen
tur, lic
duxer
facult
beas.
rint p
rūcū
luti, g

ad illum in primis accedendum, nam poterit indigo p
 desse, accedentem se diligentius curare reconciliare item
 & corrigere. Puto autem nullum qui pie & caute, huius
 molesti temporis uitam agat, ex hoc ordine exauto-
 randum. Cæterum qui talem accedit, omnino ipsum di-
 rigat & instruat, ut recte dirigatur. Et is quãto diuino-
 rum factorumq; canonum peritior fuerit, hoc amplius
 instruet. Contra qui Canonum uigorẽ, & suam cuiusq;
 delicti multam ignorarit, is nulli ulla in re unq; usui es-
 se poterit. Præterea qui fratrem, in se, uno eodemque
 die septies peccantem, uenia condonandum, suscipien-
 dumque dijudicarit, is lapsos, quamuis & sæpe & mul-
 tum deliquerint, quo pacto repellet & abijciet? imò spi-
 ritualibus increpationibus admonebit, utiliter cõsulet,
 uitam futuram, & æterna supplicia in memoriam redu-
 cet, unum cauebit ne indulgentius & citra omnem ob-
 iurgationem absoluat, fiatq; alienorum criminum par-
 ticeps. Iam, si qui peccauerãt, lachrymis liquefiant, ac cõ-
 tinenter malorum suorum abalienationem mediten-
 tur, licet in eadem reincidant, suscipiendos tamen eos
 duxeris, congruumq; deputaueris locum. Penes te em̃
 facultas est, & ut nosti, mensuram castigationis adhi-
 beas. Eos autem qui hinc emigrant, in quocunque fue-
 rint peccato detenti, ne ligaueris, sed diuinorum puro-
 rumq; sacramentorũ facito participes. Qui citra pactũ pol-
 luti, gratias agant deo nostro, quod de faucibus diaboli
 liberati

*

poni
 o no
 ad Pe
 ta, &
 Vn-
 ipso
 ic uel
 atem,
 muis
 multi
 achos
 s que
 indo
 aletu
 i tam
 Ita q;
 medici
 ut ex-
 s ex-
 atur,
 illum

liberati sunt. Parum in horum castigationem præscribere operæ precium. Non enim nostrum est definire, sed uoluntatis eorum qui mandatis parent. Tempus quoque & si longum sit, non tamen amplius est, quam correctio requirat, forte nihil omnino commodi correctio afferet. Vidimus autem & breui tempore, multos, multa absterisisse, ac emendasse.

Alioquin & si mensura temporis cui iniungatur, is tamen tandem declarabit, an digne admissus uel repudiatus fuerit, qui mandatis obtemperauerit.

SANCTISSIMORVM PETRI ARCHIEPISCOPI
 martyrisque Alexandrini. Gregorij Neocæsariensis episcopi miraculisque clari. Gennadij patriarchæ Constantinopolitani, & Nicephori Chartophylacis canones,
 & epistolæ Io. Oecolampadio interprete, feliciter ad umbilicum perueniunt.

Γίνεσθε φρόνιμοι ὡς οἱ ὄφεις,

Prudens simplicitas amoris recti.



עֲשֵׂהְכֶם חָכִים כְּהַיְוֵהוּ הַנָּחָשׁ

ἄκέραιοι ὡς αἱ περιεραῖ.

B A S I L E A E A P V D I O A N N E M
F R O B E N I V M M E N S E
N O V E M B R I . M . D . X V I I I .

Mundi S
Samaro
& Regi



Ve





503
Georgs-B.









DE POENI

tentia PETRI archiepiscopi. Ale-
xandrini & martyris Canones.

GREGORII Neocæsariensis epi-
scopi Canones

DI
GE
sta
DI
ET
NI
Co

